

benfis in d.l. si quis à liberis, s. si vel parens, nu. 64. ff. de liber. agnoscend. qui nu. 65. subiungit idem esse, quando pender lis super vinculo matrimonij. Id quod auctoritate multorum comprobatur. Intellego ego quando pro ipsa vxore extat præsumptio. Et addit Cordubensis ex traditione Castellii, quod si à lata sententia pro vxore, appellatū est, & index decernat alimenta ipsi vxori, nō dicitur aliquid attentare. Et idem decidit Afflic. in decif. 152, nu. 6. Quæ sanè traditio verissima est, cum permissum id sit manifesto iure, in d.l. instituta, s. si de inofficiosi, ff. de inoff. test. Et ratio quidem est, quia etsi appellatio suspendit iudicariū, l. 1. ff. ad S. C. Turpil. atq; non impedit præsumptionem iustitię, & reatitudinis ipsius sententię, quæ hunc effectum patit, sicuti docet, & verè explicando d. s. si de inofficioso, scripsit Didac. in d. c. 6. nu. 5.

21 Extenditur decimò, ut locum habeat etiam in monacho litigante cōtra Abbatem, & monasteriū, si pro eo extat præsumptio, sicuti quando est in quasi possessione religionis. Ita probat e. ex parte. de accusatio. vbi Doctores, & scribunt Afflic. in decif. 10. nu. 10. Alciat. in d. tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. nu. 5. Boerius in q. 324. nu. 4. & Cordubensis in d. s. si vel parens, num. 55, qui nu. 56. idem esse ait in clerico seculari, & nu. 60. idem esse scripsit in collegiato, & in canonico electo, & de monacho Pontanus in d. c. 13. num. 3.

22 Extenditur vñ decimò, ut habeat locū etiā in vasallo litigante contra dominum, cui litis expensæ à domino decernendæ sunt, si modò pro ipso vasallo extat præsumptio, & aliunde nō habeat vnde litem sustinere possit. Ita in specie affirmarunt Boer. in q. 303. nu. 3. & Soc. Iun. in conf. 8. num. 6. lib. 3. & idem sensit glos. in l. vt. s. quod si ei, C. de ordine cognit.

Extenditur duodecimò, ut procedat etiam in eo, cuius bona fuerunt sequestrata. Nam & huic decernēda sunt alimenta & litis expensæ, si constat de eius possessione, vel quasi dictorum bonorum, vel alia pro eo extat præsumptio, & non habet vnde se alat, & litis sumptus faciat. Ita in specie tradunt Bar. in d. l. vt. nu. 4. C. de ordine cognit. Salic. in l. si fideiusor. s. vt. & ibi Iaf. num. 30. ff. qui satisd. cogant. Curt. in tract. de sequestris, num. 20. Felin. in c. ex parte, nu. 4. de accus. Ant. Cordubens. in l. si quis à liberis, s. si vel parens, nu. 45. ff. de lib. agnos. & Pontanus in d. c. 13. num. 4.

Declaratur primò, quod dictū fuit supra de filio, qui pendente lite aduersus patrem, cōsequi debet alimenta, & litis expensas, ut locum non habeat in filio adoptiuo. Non enim is filius adoptiuus consequi debet alimentā, & litis sumptus. Ita in specie tradunt Rebuff. in commentarijs ad cōsuetudines Galliarū, tomo primo, in tit. de sententia provisional. art. 1. gl. 2. num. 27. & Duennas in dict. reg. 365. in quinta limit. Ea ratione vsi sunt, quod appellatione filiorum in hac materia non veniunt ad optiuū. Verior fortè ratio potest adferri, quod pater ipse adoptiuus non teneatur alere ipsum filium, sicuti scripserunt multi commemorati à Tiraq. in l. si vnquā, in verbo suscepit liberos, num. 8. de reuoc. donat. quos visus est sequi Ant. Cordubensis in l. si quis à liberis, in princ. num. 18. ff. de lib. agnos. reiecta opinione gl. Spec. Bald. & Lābertini, qui aliter scripserunt.

27 Declaratur secundò, ut nō habeat locum in filio qui iam renunciavit hereditati, non enim alimenta & litis sumptus constitui ei debent ex bonis patris, pendente lite super eis, etiam si petat ipse filius renunciationem rescindi. ita declarant Rebuffus in d. glof. 2. nu. 26. Molina in d. cap. 16. num. 45. & Duēnas in d. regul. 365. in 4. fallentia, qui referunt Ioan. Gallam in arresto 122. attestantem ita fuisse Parisijs iudicatum. Ea ratione vsi sunt quod hic filius iam est consecutus precium, quo renunciavit hereditati, & propterea hereditatem ipsam habe-

28 re dicitur, l. quia, ff. de vsufr. Et precium loco rei succedit, l. Labeo, l. 1. de verbo. sign. & confert. l. si re & pretium, ff. de petit. hær. Et rursus, quia remittentibus iura sua, non datur amplius regressus, l. queritur, s. si venditor, ff. de ædil. edict. Existimo etiam considerari possessionem filiationis, quo ad successionem, ob id quod ei renunciavit, sed & habeat præsumptionem contra se, cū renunciatio præsumatur iure, & legitime facta.

Declaratur tertio, ut nō procedat in alimentis, & sumptibus præteritis. Nam illa non præstuntur. Ita in specie declarat Duēnas in dict. regul. 365. in septima fallen. & idem decidit Afflic. in decif. 10. num. 3. Ea ratione motus est Duēnas, quia si alimenta præterita non habent privilegium alimentorum, l. de alimentis, C. de transactio. Et ibidem alia ad rem scripsit. Non hic commemorabo illas tres declarationes, quas recenset Duēnas in dict. reg. 365. in 1. 2. & 3. fallentia, cum ex dictis supra in ipsa regula explicatè satis appareant. In foro autem, & praxi obseruari illud primum solet, ut dato libello super hæreditate, vel filiatione, vel alimentis, filius ipse & illi similes, de quib. supra, exhibere debent summariam informationem, qua demonstrat, se esse in quasi possessione filiationis, vel aliam pro eis extare præsumptionem. Non enim (ut attingimus supra) sufficit allegare inopiā, cum illa sola non tribuat hoc commodum consequendi alimenta, & litis sumptus, sicuti rectè tradunt Ioann. Lupus in c. per vestras, s. 39. de donatio. inter virum & vxorem, Boerius in q. 303. nu. 2. & apertius Didacus in præcitato libro practicarum questionum, cap. 6. num. 5. ex l. Imperatores, ff. de tutelis & ratio. distrah. reiecta contraria opinione Guidonis Papæ quæstio. 561. Neuzani lib. 5. Syluzæ nuptia. num. 32. & Crauet. in conf. 164. Hanc autem summariam cognitionem, vno etiam teste interrogato sumere poterit iudex, ut in specie annotavit Ludouic. Molina in lib. 2. de Hispanor. primogen. c. 16. num. 40. post Didac. in d. cap. 6. in fine, quem etiam secutus est Decianus in d. conf. 66. nu. 3. lib. 3. Hic tamen restis esse debet omni exceptione maior. Zuchardus in l. vt. num. 101. C. de edicto diui Adrian. collen. & Benintendus in decif. 62. nu. 14. & rursus intelligitur, nisi aliqua repugnet præsumptio. Iason. in repet. l. admonendi, num. 92. versic. vt. d. reg. ff. de iureiuran. Afflic. in decif. 364. col. vt. & Gratus in conf. 40. nu. 29. lib. 2. & in specie sic & ego respondi in confil. 484. lib. 5. quod responsum reddidi aduersus Decianum in d. conf. 66. & quæsi possessio ipsa filiationis satis probata dicitur, cum testes affirmant, hunc reputari & tractari à patre pro filio, ita Bart. in d. l. si quis à liberis, s. si vel parens, & in specie Verallus in decif. 150. & in decif. 329. in 2. parte. & hæc quidem alimenta & litis sumptus præstabuntur, vsque quo diffinituè fuerit pronunciatum, sicuti post alios tradunt Molina in d. c. 16. nu. 39. & Ioan. Baptista Pontanus in d. tract. de alimentis, cap. 13. num. 7. qui subiunxit non esse habendam rationem causæ incidentis. est etiam illud annotandū, quod hæc alimenta, & litis sumptus, pro iudicis arbitrio taxada sunt, ita Rebuff. in d. tit. de sentent. provision. art. 1. glof. 2. nu. 29. & 30. Massuerius in tract. in tit. de possessorio, num. 27. Boerius in q. 324. ad finem. Didacus in d. c. 5. nu. 7. in fin. & Pontanus in d. cap. 12. nu. 8. & Ludouic. Molina in d. cap. 16. in fine reiecta opinione Massuerij, & Boerij extantiantium, assignari debere quartā partem fructuum bonorū, de quibus est contentio. Illud quoq; omittendū non est, quod in dubio solet reuocari, an hæc litis expensæ, & alimentata restitui debeant, si is, cui assignata fuerunt, in lite succumbet. & restitui non debere affirmarunt Afflic. in decif. 152. nu. 4. Massuerius in practica, in tit. de possessorio, nu. 27. Boerius in quæst. 324. nu. 3. & hanc quoque probat Molin. d. cap. 16. nu. 42. & 43. Quorum sententiam

tiam satis probat l. i. s. interesse, ff. si mulier ventris nomine post. mitt. vbi si mulier ventris nomine missa est in possessionem, & deinde prægnans non reperitur, fructus & alimenta ab ea non repetuntur, nisi per calumniam dixerit se prægnantem, ita quoque dicimus, quod si filius agit ex Carbon. edicto, dum est in quasi possessione filiationis, & si in lite ipsa pendente consequi debeat alimenta quæ non restituet, & si in lite deinde succumbit, sicuti tradit gl. in l. vt. C. de Carbon. edict. quam in specie sic perpedit Molina in d. c. 16. nu. 43. & eodem argumento vsus est Afflic. in d. decif. 152. nu. 4. & hæc quidem sententia mihi magis probatur, quam opinio illa cōtraria eruditil. Did. in d. c. 6. num. 6. versic. quartum ex his est, qui testatur ita obseruari consueuisse, non tamen affirmat Didacus hanc esse communem opinionem, sicuti eum dixisse malè refert Molina in d. c. 16. nu. 42. & cū Didaco sentit Anton. Cordub. in d. l. si quis à liber. s. si vel parens, nu. 54. ff. de lib. agnos. Horum fundamētum sumptum ex l. cum autem, s. cum redhibetur mancipiū, ibi quod tardius hominem equi restituit. ff. de ædil. edict. solidum non est. nam quod emptor restituit venditori non solum fructus, sed & si quid à venditore cōsequutus est, ob id quod hominem venditum tardius tradiderit, factum est, quia in redhibitoria speciale est, vt restituantur etiam ea, quæ ob veditoris contumaciam ad emptorē peruenierunt. Et ratio specialitatis est, quia in ea constitutum est, vt omnia in pristinum reponantur, ita declarat Cep. in d. s. cum redhibetur, nu. 2. in fi. Hinc intelligimus esse absolutè veram eiusdem Deciaci traditionē in d. c. in fi. cum dixit, quod si iudex decerni facit alimentā, & litis sumptus filio existenti in quasi possessione filiationis, vel adhibita causæ cognitione, sumpta. In informatione, si filius deinde succumbit, ea non restitue.

Quocirca intelligimus necessarium minime esse cautionem in huius, cui alimenta & litis sumptus decernuntur, de eis restituentis. Quod si dubitat iudex, fraudem, vel calumniam subsesse, cautionem præstari faciet ea sub formula, quæ bene eruditus, & in foro optimè versatus Ludou. Molin. in d. c. 16. num. 43. conceptis his verbis. Quod si in causa iste succubuerit, ea restituat quatenus de iure ad id ipsum adstrictum esse competum fuerit, & illo in loco nu. 44. scribit idem Mol. iudicis arbitrio relinqui, an loco illius cautionis, sufficiat iuratoria.

Illud etiam est annotandum, quod hæc assignatio alimenterū, & impensarū, nullum penitus præiudicium facit causæ, & iudicio principali. l. pen. de ijs, qui sunt sui vel alien. iur. Quo adductus sic in specie respondit Decian. in conf. 66. col. 3. versic. quæ assignatio. lib. 2.

*Præsumptio, quando & quomodo dici possit propriè probatio, diligenter explanatum.*

*S V M M A R I V M.*

- 1 Præsumptio iuris, & de iure vera dicitur esse, & propria probatio.
- 2 Præsumptio iuris & de iure, est probatio necessaria, cum ipsa natura consentiens, & à lege stabilita, ut pro veritate habeatur.
- 3 Præsumptio iuris dicitur vera, & propria probatio.
- 4 Verba in statutis propriè intelligi debent.
- 5 Voluntas testatoris manifesta dicitur illa, quæ coniecturis probatur.
- 6 Frigiditas coniugum ex trienniali cohabitatione præsumitur.
- 7 Donatoris voluntas apparere dicitur, cum ex coniecturis apparet.
- 8 Præsumptio iuris facit probationem eidentem, claram & manifestam.
- 9 Statuto requirenti probationes, satisfactum censetur, cum præsumptionibus, & coniecturis est probatum.

- 10 Præsumptiones ex facto hominis desumptæ, non reperiuntur a lege receptæ, vel approbatæ, ideo in iudicantiis arbitrio collocantur. Declaratur, id. nu. 13.
  - 11 Probatum illud esse dicitur, quod constat legi ita esse.
  - 12 Probatio vera & propria illa est, quæ alterius patrocinio non indiget.
  - 14 Præsumptio hominis alio adiuta adminiculo, semiplenam facit probationem.
- Q V Æ S T I O XXXVI.

QVAERO trigesimosexto, an præsumptio dici possit propriè probatio. Est hæc satis controuersa apud nostros disceptatio, quemadmodum scribunt Dec. & ceteri in rubr. extr. de probat. Quo autè omnis quiescat disputatio, aliquot casus ego ita distinguo, atque constituo.

Primus est casus cum loquimur de præsumptione iuris & de iure. Hæc dicitur esse vera, & propria probatio, ita sentit Bal. in c. bonæ, n. 2. de elect. cum ait, præsumptionem hanc iuris, & de iure, esse probationem, & relevationem ab onere probandi. Idem paulò apertius docuit Bero. in rubr. extr. de probat. n. 52. & n. 55. versic. que dam verò est iuris, & idem senserunt à fortiori illi, qui dixerunt, præsumptionem simplicem, quam iuris solū appellamus, esse verè, & propriè probationem, ut inf. dicemus. Et huius casus ratio est manifesta, quod hæc præsumptio iuris & de iure, est probatio necessaria, quæ vel cū ipsa natura consentit, vel ita à lege est constabilita, ut pro ipsa veritate habeatur, sicuti diximus supra quæst. 3.

Secundus est casus, cum loquimur de præsumptione iuris. Hæc pariter dicitur esse vera, & propria probatio ita scriptum reliquit Are. in rubr. extra de probat. nu. 7. versic. de secunda specie, dum in hanc sententiam perpedit e. laudabilem, de frigid. & malef. n. 8. cum declarando ea, quæ paulò supra dixerat, n. 6. scribit præsumptionem illam, quam lex ex aliquo hominis facto inducit, esse propriè probationem, idem sensit Ab. in c. veniens, il. 2. n. 6. de spons. & apertius hanc traditionem probant Dec. in d. rub. extra. de probat. n. 13. versic. hæc vera sunt, & Bero. nu. 55. versic. que dam verò est iuris. Quibus accedunt Bal. in l. 1. nu. 18. C. de fideicom. idem in l. ciues, nu. 1. C. de appel. cum ait, præsumptionem non esse apertam veritatem nisi lex ita statuat, loquitur Bald. de iuris præsumptione, & citando licet Imperat. de leg. 1. & illi similia sentit præsumptionem iuris esse manifestā veritatem. Idem affirmarunt Iaso. in l. licet Imperator, n. 13. de leg. 1. in conf. 25. nu. 2. in fi. lib. 1. Brun. in tra. de conf. par. 3. in verbo, probatio, s. 21. & 91. Grat. confil. 54. nu. 52. lib. 1. Patif. conf. 80. n. 15. & conf. 97. nu. 6. lib. 1. Crau. conf. 6. nu. 42. Tiraq. l. si vnquam, in verbo, donatione, n. 158. C. de reuoc. don. Ferat. caut. 5. num. 3. & caut. 16. num. 6. & copiosè Rol. à Valle. in trac. de lucro dotis, q. 75. n. 22. 23. 24. & Afinius in commentarijs ad statuta Florentiæ, s. 19. c. 2. qui ob id scribit locū habere in statutis, in quibus verba propriè intelligi dicit, ut infra attingemus, & vere hæc sententia iure optimo probatur, nam lex verè, & propriè probatum esse existimat, Caium esse Sempronij filium, cum probatum extitit, Caium illū natū esse in domo Sempronij sciantibus vicinis, ac melius secuto tractatu. Sicuti egregè ait Iurif. in l. filium, ff. de his qui sunt sui, vel alien. iuris, qua de re scripsit lib. 2. de arbitrarijs iudiciis, & c. casu 89. Non dissimili ratione creditit Iulian. in l. quidā testamento, ff. de vulg. & pup. substitut. eidentem voluntatem testatoris, præponentis coniunctum substituto, cū constat præsumptione illa & coniectura. De qua quidem specie dicemus infr. lib. 4. Ita etiam Vlpian. in l. licet Imperator. de leg. 1. censuit, eidentem esse probationem, quod legata repetita censeantur à substituto, quando

quando id coniecturis constat, quemadmodum vberius differemus infra li. 4. Et Papinianus in l. cum proponatur, de leg. 2. scripsit, manifestam esse illam testatoris voluntatem quæ coniecturis probatur. Hinc etiā Carus in l. si quis locuples, in si. ff. de manumiss. test. existimant, apertissime constare de manumittentis voluntate, et in fraudem creditorum non manumittat, cum coniecturis, ac præsumptionibus id probatur, sicuti dicemus de illius loci interpretatione li. 4. præsumpt. Ita et egregie, & apertius probat l. 3. C. de apoch. publ. lib. 10. quo loci si probatio requiritur, illi satisfiat per præsumptionem solutionis trium præteritorum annorum. Quæ de re dicemus infra lib. 5. præsumpt. Hæc sententia iure potestificatio etiam probatur ex ca. laudabilem, iuncto ca. 1. de frigidis & malefici. Requirit hoc c. 1. verum iudicium, hoc est, veram probationem ad probandam frigiditatem, et coniugum, et matrimonium separatur, & tamen huic vero iudicio est satisfactum per præsumptionem, ex triennali cohabitatione, d. c. laudabilem. Ita etiam hanc sententiam probat ca. ad nostram, de empt. & vend. quo loci ait Innocentius III. illud parere, quod præsumptionibus demonstratur, ut gl. ibi in verbo, patet, exponit, ita pariter in c. 2. §. 1. de cognat. spiritu. li. 6. dicitur, euidenter aliquid ex lege, & dispositione colligi, quod coniecturis colligitur. Ita vehementer de donatoris voluntate apparere creditur, cum ex coniecturis apparet, c. cum dilecti, de don. de qua dicemus infra lib. 3. præsumpt. 45. Accedit quod cum hæc iuris præsumptio sit à lege approbata, ac recepta, est lex ipsa, quæ probare dicitur. Et ideo non amplius potest, aut debet connumerari inter probationes artificiales, inter quas aliæ coniecturæ, & præsumptiones solent recenseri, sed inter probationes inartificiales, sicuti leges connumerantur ab Aristotele, & alijs pluribus, quorum memini supra q. 1. Et propterea recte interpretes nostri vno ore scribunt, præsumptionem iuris prætere facere probationem euidentem, claram & manifestam. Ita multos recensent Iason in l. licet Imperator, n. 13. de leg. 1. Didac. li. 2. variat. reso. ca. 6. nu. 1. & Afinius in præcatorum ca. 2. in fine. His constat (vtriusq. vno verbo supra admonui) recte sensisse relatos interpretes, conscripsisse factum statuto præterenti probationes, eum præsumptionibus, & coniecturis est probatum, ex quo sunt hæc verè & propriè probationes. Et idem in specie sensit Rom. in l. 1. num. 7. C. de test. mil. Quamobrem errarunt ab hac sententia dissentientes, sicuti Iason in §. præiudiciales, num. 71. Inff. de actio. Curt. Sen. conf. 79. Dominica Franceschina, col. 6. vers. confirmatur præcedens, Alex. in l. licet Imper. n. 7. de leg. 1. & Ruin. conf. 151. num. 31. Hi male scripserunt statutum requirens probationes, non habere locum in præsumptionibus iuris. Non enim horum interpretum opinatio, vel iure, vel ratione probatur. Ita quoque male sensit Ruin. in consil. 13. nu. 12. lib. 2. formam datam à statuto non posse hac præsumptionem impleri.

Tertius est casus cum loquimur de præsumptionibus quoque ex factis hominis sumuntur, quæ quidem non reputantur à lege receptæ, & approbata. Et quæ coniecturæ, & præsumptiones in iudicijs arbitrio positæ sunt, sicuti docuit Berous in rub. extr. de prob. n. 42. versic. 3. modo, & nu. 55. vers. ult. quædam. Et ante eum idem docuit Bal. in rub. C. de probat. ad finem, & Rol. à Valle in tra. de iure dotis, q. 75. nu. 21. ac Afinius in commentarijs ad statuta Florentiæ, §. 19. cap. 2. nume. 5. & scripsit supra qu. 4. & lib. 2. de arbitrarijs iudicij, & c. casu 112. Hæc itaque præsumptio non est vera, & propria probatio, ita aperte scribunt Roma. in l. 1. n. 7. C. de test. mil. Berous, Rol. & Afinius, & verè idem scripsit Bal. in c. bonæ, nu. 2. de elect. cum dixit, præsumptionem hanc non esse probationem, nec ab onere probandi releuare, idem Bal. in l. ciues, in prin. C. de appell. dum loquitur de con-

iectura. Curt. Sen. conf. 79. col. 7. in fi. Et idem senserunt Aret. in rub. extr. de probat. n. 9. versic. de tertia specie. & ibi Dec. nu. 13. Idem scripsit Afinius Florentinus in commentarijs ad statuta Florent. §. 19. cap. 2. Atque ita interpretor Barb. in conf. 29. col. 3. lib. 1. cum respondit, probationem, quæ præsumptionibus fit, non esse propriè probationem. Eam huius sententiæ rationem existimo, quod præbatum illud esse dicitur, quod constat legi ita esse, id quod non contingit in hac præsumptione, cui lex non acquiescit. Quocirca recte Bal. in c. 1. §. sacramentum, n. 10. de consuet. recti feudi, docuit probationem illam dici veram & propriam, quæ alterius patrocinio non indiget. Cum itaque hæc præsumptio hominis egeat alterius patrocinio, nempe legis, dicendum est non esse propriè probationem. Cuius contrarium est in iuris præsumptione, quæ (vt diximus) cum sit à lege recepta, proprium probationis nomen meretur.

Hunc casum tamen declarat Berous in d. rubr. extr. de probat. n. 42. versic. hanc tamen, procedere solum in præsumptione hominis & tenui, atque minori. Quæ quidem minor præsumptio à Bal. in rubr. C. de probat. nu. 4. appellatur inclinatio animi viri boni, ad eligendum alterum extremorum, ex intellectu proueniens, coniectura nobilit. Et de qua diximus supra q. 4. Secus est (inquit Berous) in præsumptione hominis vehementi, & in maiori. Quæ quidem ab eodem Baldo præcatorum loco appellatur, applicatio animi boni viri ad valde verisimile. Nam & hæc scdm Beroum est propriè probatio, quam, & in causis capitalibus existimat sufficere, ex l. vlt. Cod. de probat. Et in hunc sensum intelligit Berous in l. licet Imperator, de leg. 1. Et ante Beroum ita etiam intellexit idem Bal. in additionibus ad Spec. in tit. de præsumpt. §. species, in verbo, an præsumatur, vers. præsumptio est talis. Ego dubiam esse opinor hanc Baldi, & Beroum traditionem. Quæ quidem probatio verè dici non potest, cum lex eam non approbauerit. Et si est in iudicijs arbitrio posita, dici non potest verè probatio, cum eam index possit reijcere, vt dicemus infra. quod alijs facere non possit. Nec Baldi & Boerij assertione probat l. licet Imperator, de leg. 1. cum de iuris præsumptione loquatur. Nec etiam l. vlt. C. de probat. quæ non exprimit, quæ coniecturæ illæ sint, quibus de crimine conuincit aliquis potest. Credo tamen hanc ipsam hominis & præsumptionem, si alio adiuuenerit ad miniculum semiplenam probationem facere. Ita Specu. in tit. de præsumptio. §. species, nu. 2. quem ita in specie secutus est Ioan. de Grassis in tra. de iurisdictionibus in verbo, Tertiadecima semiplena. Et apertius hoc idem docuit Bal. in annotar. ad Speculat. in dic. titul. de præsumptio. in si. in verbo, præsumptio est. Quæ ex doctrina confirmatur, quod dixit q. 30. in si. nempe præsumptione hominis efficacem ita reijcere onus probandi in aduersarium, vt reijcit præsumptio iuris.

Illud est etiam adnotandum, quod quando agitur de præiudicio tertij, sola præsumptio non sufficit. gl. in cap. si cur, de sent. exc. Barb. in c. cum in iure peritus, de offic. deleg. & Affl. in dec. 344. nu. 6.

*Præsumptio an dicatur vera, & propria probatio, quando probatio requiritur in vim conditionis, diligens admodum, & accurata explanatio.*

**S Y M M A R I V M.**

- 1 Probatione in vim conditionis requisita, præsumptio secundum sententiam communem non sufficit.
- 2 Præsumptio iuris, & de iure dicitur vera, & eo casu sufficit.
- 3 Præsumptio hominis propriè non dicitur probatio, cum probatio conditionaliter requiritur.
- 4 Dictum Doctoris intelligitur secundum iura ab eo allegata.
- 5 Præsumptio iuris tantum an dicatur probatio, cum in vim conditionis

- conditionis probatio requiritur, vbi aliquot casus distinguuntur, nu. 6. 14. 16. & 20.
- 70 Probatio filiationis solum coniecturis fieri potest.
- 8 Testator disponens, & conditionem adiiciens, præsumitur voluntatem suam iuri communi conformem esse voluisse.
- 9 Præsumptionem iuris pro vera probatione ius commune habet, etiam in dispositione conditionaliter.
- 10 Dispens non præsumitur disponere de impossibili.
- 11 Testibus, & similibus probationibus multa sunt quæ nequeunt probari.
- 12 Dispens non præsumitur restringere dispositionem suam, ad eum casum, quo redderet inutilis.
- 13 Verba testatoris statuti, & aliterius disponentis, recipiunt interpretationem à subiecta materia, etiam circa proprium significatum.
- 15 Probationes non extare de facto, vel non extare ex rei natura, quo ad effectum, paria sunt.
- 17 Verba in potentiore significatione accipi debent.
- 18 Probationis appellatio, in dubio de plena intelligitur.
- 19 Testator legans, vt debeat homicida, indicat animum vindictæ cupidum.
- 21 Transitus facilius est in habentibus symbolum.
- 22 Statutum interpretationem ab alio statuto recipit facilius, quàm à iure communi.
- 23 Princeps est ipsa lex viua.
- 24 Verba obscura interpretationem recipiunt à conditione personæ loquentis.
- 25 Rex faciens mentionem iuris, de iure Regio, non de alio intelligitur.

**Q V A E S T I O XXXII.**

**Q**VAERO trigesimo septimo, an præsumptio dicatur vera probatio, cum probatio in vim conditionis requiritur. Hæc disputatio est egregia, sed non parùm difficilis & perplexa. Et quo reddatur clarior, aliquot huius rei exempla recenlebo, tam in dispositione testatoris, quam statuti, & rescripti, exemplum primum in dispositione testatoris est ex Bal. in l. quod pauperibus, nu. 24. Cod. de episcop. & cler. si testator ita disponit, mando solui omnibus meis creditoribus, si probabunt, debet recipere. Ecce, quod hic probatio in vim conditionis, ob illam dictionem, si, requiritur. Exemplum secundum in dispositione statuti est, si statuto sit cautum, quod incolæ loci, in quo mercatoribus à latronibus merces sunt furreptæ, satisficiant ipsis mercatoribus, si probatū ab eis fuerit perceptum furtum. Quo sane simili exemplo usus est Bal. in c. t. §. conuenticulas, nu. 8. de pace iuram. firman. in vrb. feudorum. Exemplum tertium in rescripto est, si Princeps ita rescribit, si constiterit, siue si probatum fuerit Caium esse natum de legitimo matrimonio, ei de præbenda provideas. Quod sanè exemplum desumptum est ex capit. Michael. de filijs presbyt. & ex Baldo in l. in bonæ fidei, nu. 8. C. de reb. cred. & iure iurando. Quartum adferri potest exemplum in probatione minoris ætatis si conditionaliter probari requiritur, vt tradit in specie Sapia in l. de etate, nu. 25. ff. de minoribus. 25. anno. Hac itaq. in recepta magis est sententia, quæ præsumptionem non sufficere cum hoc in casu præsumptionem non habeatur pro vera, & propria probatione. Ita communem sententiam esse asseruit Felin. in rubric. extr. de probat. n. 6. & ibidem Dec. col. 17. nu. 13. ver. retenta prædicta conclusione, & nu. 14. qui huius opinionis recenset Bar. Baldum, & alios nonnullos, quibus accedunt Rom. in rub. ff. de recept. arbit. col. 7. Alex. in l. licet Imperator, n. 7. de leg. 1. & in l. 1. n. 6. C. de testat. mil. Ruin. conf. 68. n. 18. lib. 1.

Ceterum ab hac opinione dissentiant Felin. Dec. & Berou. in d. rubr. de probat. qui quibusdam rationibus, & argumentis vtuntur. Ego verò in aliquibus eorū traditionibus

ditiones secutus, ita tres casus constituo, atque distinguo. Primus est casus, cum præsumptio est iuris, & de iure. Hoc casu dubium non est, quin hæc præsumptio sit vera, propriaque probatio, id quod ex dictis in superiore quæstione planum sit. Et hoc comprobatur à fortiore ex his, quæ dicemus infra de sola iuris præsumptione, quam in specie hac demonstrabimus esse verè & propriè probationem. Hoc itaque in casu procedere potest sine controversia opinio Decij, & aliorum, qui aduersus ceteros existimantur, præsumptionem, etiam in conditionaliter probatio requiritur, esse propriè probationem. Et hoc admittit in specie Berou. in d. rub. extr. de probat. num. 46. & apertius num. 52.

Secundus est casus, quando præsumptio est hominis tantummodo. Hic casus habet quoque parum dubitationis. Nam sine dubio hæc non dicitur propriè probatio, cum præsumptio conditionaliter requiritur, si enim hæc præsumptio non est propriè probatio, quando simpliciter probationis sit mérito, vt dixi superiore quæstione, multò minus dicendum est, hoc in casu propriè probationem esse. Et in specie hanc sententiæ probauit Baldus in l. filium, in 2. lectura, in fin. ff. de his, qui sunt sui vel alieni iuris. Nec repugnat, quod scribit Aret. in rubr. extr. de probationibus, nu. 9. versic. de tertia specie, cum ait, contrariū, & melius scripsisse eundem Bald. in l. id quod pauperibus, q. 1. n. 24. C. de episc. & cler. Nō inquam hoc repugnat, cum Bald. eo loci de præsumptione iuris, non autem hominis loquatur. Est enim vulgatum illud, quod dictum Doctores intelligitur secundum iura ab eo allegata, vt ait Bar. in l. non solum. §. liberationis, nu. 10. ff. de liber. leg. & alij alibi sæpè.

Tertius est casus, quando præsumptio est iuris tantum. Hic casus est, qui dubitationem habet. Et verè magis recepta Doctorum sententia est, quod hæc præsumptio non sit in specie hac, vera & propria probatio. Ceterū à recepta opinione in specie dissentit Bald. in dict. l. id quod pauperibus, nu. 24. C. de episcop. & cleric. vt supra eum declarauit, & clarius Decius in rubric. extr. de probat. col. 17. nu. 13. vers. retenta tñ. Et idem in l. qui accusare, in fin. C. de edendo, is tñ duos casus vifus est subdistingueri. Ego alios ita constituo, atque declaro. Primus est casus, quoniam loquimur in dispositione hominis, nempe testatoris, vel similis & actus probandum probari non potest sui natura, nisi coniecturis, vt in eo exemplo. Si testator legat Caio, si probauerit se filium Sempr. Hæc filiationis probatio potest coniecturis fieri pot. l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Hoc itaque casu ait Decius, & ante eum Baldus præsumptio iuris est vera & propria probatio. Ea ratione prima usus est Decius, quod testator disponens & conditionem adiiciens præsumitur voluisse suam voluntatem esse debere iuri communi conformem, l. hæc res meæ, §. cum ita, vbi copiose Ripa nu. 75. ff. ad S. C. Treb. Atqui ius commune habet præsumptionem iuris pro vera probatione, etiam in dispositione conditionaliter. Ergo in hac etiam conditionaliter dispositione testatoris, vel statuti, vel principis, hæc præsumptio continetur sub nomine verè, & propriè probationis. Illa minor propositio multiplici iure fulcitur, nempe text. l. 1. C. quorum bonor. iuxta communem sensum apertius text. c. Michael. de filijs presbyt. ibi, si tibi constiterit, Martinum esse filium Antonij. Requiritur ibi probatio conditionaliter, & tamen sufficit probare præsumptiōem. Nam si præsumptiua probatio non sufficeret, inutilis esset illa concessio, ob probationis impossibilitatem, vel saltem summam difficultatem, iuxta l. Lucius, ff. de cond. & demonst. iuxta communem sensum, qua tñ de re dicemus suo loco. Ita pariter declarat text. in c. ex tua, eod. tit. de filijs presbytero. Ita etiam probat c. cum in diece, de vsuris, in illis verbis, si tibi constiterit. Requirit ille canon probationem conditionalem, etiam quidem

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA "ALFONSO REYES"